



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 55. Octodecim Propositiones ex eodem Bajo decerptæ censuris notatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

**Sæcul. XVI.** eorum preces die vigesima septima Ju-  
**A.C. 1560.** nii in Collegio Sorbonico congregata  
 hasce octodecim propositiones suppresa-  
 so Auctoris nomine proscriptis, earum-  
 que quindecim tanquam hæreticas, ce-  
 teras vero tres ut falsas damnavit.

## §. LV.

*Censura octodecim propositionum ex  
Baji scriptis decerptarum.*

**Oper. Baji** Propositio I. Liberum hominis arbitri-  
 2. part. p. 3. trium non habet potestatem ad op-  
**Dupin. Bibl.** posita, nec illi convenit ea potestas ex  
 des Aut. l. 16 ipsius naturali, & intrinseca ratione.  
 p. 139. **Defens. cens.** Censura. Prima pars hujus propositionis  
**S. Facult.** est hæretica: secunda est falsa, & mo-  
**Paris. latæ** rali philosophiæ adverfa.  
 ad ann. 1569.

**Aut. Ant.** II. Libertas, & necessitas eidem con-  
**Rich. Theol.** veniunt respectu ejusdem, & sola vio-  
 in Bibl. Sorb. lentia repugnat libertati naturali. Cen-  
 v. rad. post. sura. Hujus propositionis prima pars in-  
 n. 6. cludit contradictionem, & est hæretica:  
 secunda est falsa.

III. Liberum arbitrium ex sua ra-  
 tione intrinseca non habet, ut ex se, de-  
 se, & per se efficiat actum liberum. Cen-  
 sura. Hæc propositio est falsa, erronea,  
 & perniciosa.

IV. Liberum arbitrium ex se non po-  
 test nisi peccare, & omne opus liberi  
 arbitrii sibi dimissi est peccatum mortale,  
 aut

aut veniale. *Censura.* Hæc propositio Sæcul. XVI.  
utraque sui parte est hæretica. A. C. 1560.

V. Homo faciendo, quod in se est,  
peccat, & non potest non peccare, fa-  
ciendo, quod in se est. *Censura.* Tota  
hæc proposito est hæretica.

VI. Posse peccare non est de ratio-  
ne liberi arbitrii hominis, nec hujus-  
modi peccandi facultas homini a Deo  
data est. *Censura.* Hujus propositio-  
nis prima pars est falsa, & secunda hæ-  
retica.

VII. Liberum arbitrium hominis non  
potest absque speciali gratia Dei vita-  
re peccatum: unde fit, ut omne opus  
hominis pure infidelis sit peccatum.  
*Censura.* Hujus propositionis secunda  
pars est falsa, & male ex priori in-  
fertur.

VIII. Liberum arbitrium libere vult,  
quidquid sponte, seu voluntate vult: ita  
ut, quod libere vult, idem necessario  
velit. *Censura.* Hujus propositionis se-  
cunda pars implicat contradictionem, &  
est hæretica.

IX. Hæreticus, & Schismaticus, &  
homo non pure infidelis, meretur quan-  
doque de condigno vitam æternam.  
*Censura.* Hæc propositio est plane hæ-  
retica.

X. Homo existens in peccato mor- *Petav. dogm.*  
tali, sive ejus reatu ad æternam mortem, *Theol. t. 2.*

Ss 2      habet p. 358.

**Sæcul. XVI.** habet in se charitatem. *Censura.* Hæc  
**A.C. 1560.** propositio est hæretica.

XI. Per contritionem, non adhibito  
realiter Sacramento Baptismi, vel pœ-  
nitentiæ, non dimititur peccatum ex-  
tra casum martyrii, aut necessitatis.  
*Censura.* Hæc propositio est hæretica.

XII. Peccator si faciat, quod man-  
datur per contritionem, & confessionem  
factam sacerdoti, non remittitur illi pec-  
catum, nisi Sacerdos absolvat, etiamsi  
per malitiam, & absque ratione Sacer-  
dos ille denegat absolutionem. *Censura.*  
Hæc propositio est hæretica.

XIII. Non sine Pelagiano errore ad-  
mitti potest ante primam justificatio-  
nem in homine aliquis liberi arbitrii u-  
fus bonus, & qui se præparat ad eam,  
peccat, ut is, qui pessime utitur suis bo-  
nis naturalibus: nam ante eam omnia  
opera hominis sunt peccata damnatio-  
ne digna. *Censura.* Hæc propositio  
pro omnibus suis partibus est hæ-  
retica.

XIV. Non datur gratia nisi reluctan-  
ti, proinde nec prima justificatio;  
justificatio est ipsa fides: fides enim est,  
qua ex impio quis fit justus. *Censura.*  
Hujus propositionis duæ partes sunt hæ-  
reticæ, & tertia est falsa.

XV. Homo necessario peccat etiam  
damnabiliter in aliqua specie peccati,  
&

& actus, in quem necessario fertur, est **Sæcul. XVI.**  
 illi peccatum: quare ut libere feratur in **A.C. 1560.**  
 actum, non est conditio necessaria ad  
 peccandum. *Censura.* Hæc propositio  
 est hæretica in omnibus partibus.

XVI. Nemo præter Christum est abs-  
 que peccato originali: hinc B. Virgo  
 mortua est propter peccatum, quod con-  
 traxerat ex Adam, omnesque ejus affli-  
 ctiones in hac vita, sicut & aliorum ju-  
 storum, sunt ultiōes peccati originalis,  
 vel actualis; Unde & Job passus est, &  
 omnes Martyres propter sua peccata.  
*Censura.* Hæc propositio pro omnibus  
 suis partibus est hæretica, & Beatæ Ma-  
 riæ, Sanctisque omnibus injuriosa.

XVII. Omnia in gloriam Dei facite:  
 & dico vobis non resistere malo: hæc  
 sunt simpliciter ut præcepta accipienda.  
*Censura.* Hujus propositionis posterior  
 pars est falsa.

XVIII. Omne opus bonum est meri-  
 torium vitæ æternæ: quod si aliquod  
 remuneretur temporaliter, tamen non  
 dignum vita æterna, illud malum est,  
 quia nullum est opus meritorium, ni-  
 si æternæ vitæ. *Censura.* Hæc pro-  
 positio tota repugnat Sacræ Scri-  
 pturæ.